



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 120. Franciæ Regis epistola ad Papam circa hanc conjurationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

tionem Rex differri præcipiens, tandem mortis sententiam in perpetuum carcerem commutabat, a quo etiam Alvernus nonnisi undecimo post anno liberatus est, Entraguius vero paulo post Malherbam ditionem suam, & Henrica Vernolium secedere permittebantur, eo quod culpa amori pristino donata esset, & Rex in horum crimine suum agnosceret crimen.

## §. CXX.

*Franciæ Regis epistola ad Papam circa hanc conjurationem.*

Die quinta Julii Henricus Franciæ Rex per Bethunium suum Romæ Oratorem literas suo chirographo munitas ad Papam dabat, in quibus de Hispanis vehementer questus totam conjurationis culpam in eos rejecit, hæc exponens: „Rursus Hispani Alvernium & Entraguium corrumpere moliti sunt per Tassium suum in Regia mea Oratorem, ejusque Successorem Zunigam: Hi in perverſi sui consilii subsidium vocabant Syngrapham, quam adhuc cælebs Entraguius eo duntaxat sine dederam, ut is Filiam suam amoribus meis deservire permetteret: eandem vero schemdam Tassius malitiose ex Entraguii manibus extorquere, ac Vernoliam un-

*Lit. Reg. ad Beth. Mem. secret. l. c.*

*Hist. Eccles. Tom. LIII. K k cum*

Sæc. XVII. „cum Filiis suis, quas ex meis ample-  
 A. C. 1604. „bus susceperat, in Hispaniam abduce-  
 „nitebatur, eo consilio, ut Hispani-  
 „rimonii mei valorem, ac posterorum  
 „successionem aliquando controver-  
 „reddere possent: Hac agendi ratio  
 „Sanctitati suæ satis perspectum erit  
 „quod haud immerito Hispanorum an-  
 „citiam mihi suspectam habeam: le-  
 „terim Alvernium & Entraguium carcer-  
 „mancipari, Vernoliam vero custodia  
 „jusseram. „ Hæ Regis literæ Clemen-  
 tem Papam ab Hispaniæ Regis patri-  
 cinio minime absterrebant; haud enim  
 ignorabat, quod Franciæ Rex haud  
 turbas non tam Hispanis, quam pro-  
 priæ suæ incontinentiæ suorumque  
 ditorum indignationi attribuire cog-  
 retur.

## §. CXXI.

*Clementis Papæ Constitutiones.*

*Bullar. t. 3.* Plures etiam hoc anno Clemens Papa  
*Constit. 107.* Constitutiones admodum salutares  
*Et seqq.* ediderat, ac præprimis quidem illos  
 qui ex Congregatione Fuliensi Ordinis  
 S. Bernardi ad aliam Religionem trans-  
 fuerunt, denuo recipi prohibuit, edita  
 desuper diplomate die decima septima  
 Martii. Alia Constitutione die vigesima  
 quarta Junii Congregationi Clericorum